

Et nobiles apud homines pauperibus te parere solitum diuites
 Dominare atque domare ab i laudo: scilicet ordine ut equum est
 Tractare homines hos diu dignum est semper mendicis modesti sunt
 Fidus fuit: infidum esse iterant: nam absque foret te scio in alto
 Distraxissent disque tulissent et satellites tui me miseris, fede
 Bonaque omnia item una mecum passim ceruleos per campos ita tam
 Quasi canes haud secus circum stabant nauem turbantes: uenit
 Imber fluctusque atque procelle in fensu fregere malum
 Rure antenas: scindere uella: in tua pax propitia foret presto
 Apage metis: deinde hic certum est ocio me dare satis primum habeo
 Quibus et unum delictum filio dum diuitias quero: sed quis hic est
 Qui in plateam ingreditur cum nouo ornatu spectatque simul
 Pol quamquam domum cupio operari: quam hic rem gratam

SICOPHANTA CARMEDES SEN.

Hic ego dici nomen trinumno faciam nam ego operam meam
 Tribus nummis hodie locum ad artes nugatorias aduenio ex seletia
 Macedonia: alia atque arabia: quas ego neque oculis nec pedibus
 Unquam usurpauit: uiden egerit: quid negocij dat homini
 Mito mali: qua ego nunc subigor etiam nunc ea ut has
 Pultulas dicam ab e homine me accepisse quae ego quae sit homo nescio
 Neque noui: neque natus nec ne is fuerit id solide scio: car pol hic quidem
 Fungino genere est: capite rotum tegit hylurica facies uidetur
 Hominis eo ornatu aduenit: si ille qui me conduxit ubi conduxit
 Adduxit domum que uoluit mihi dixit docuit et praemonstrauit
 Prorsus quomodo quicquam agerem: nunc adeo si quid ego addidero
 Amplius eo conductor melius de me nugari conciliauerit
 Ut ille me exornauit ita sum ornatus: argentum hoc facit
 Ipse ornamenta a chorago haec sumptis tuo periculo: nunc
 Ego si potero ornamentis hominem circumducere dabo operam
 Ut me esse ipsum plane sicophantam sentiat: car qua magis
 Specto minus placet mihi haec hominis facies: mira sunt
 Nil illic homo est aut dormitator aut sedtor zonatus: loca
 Contemplant circumspiciat sese atque edes noscitat: credo
 Et de pol quo mox furatum ueniat speculatur loca
 Magni lubido est: obseruare quid agat et rei operam dabo
 Si huiusmodi demonstrauit mihi ille conductor meus